



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

Quibus facienda est Eleemosyna, & ex qua re. cap. 31. & 32.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

de sibi à Prælato concessis, vel de
 iis, quæ ab aliis in Eleemosynam
 receperunt. Vxores cum domus
 habent administrationem, vele-
 tiam ad certum tempus, vt si vir in
 longinquas profectus est regiones
 aut aliquid possident vltra dotem
 aut aliquid suo labore lucraatur,
 vel etiam si maritus nimium, sit
 auarus, vt fecit Abigail 1. Reg. c.
 25. vel si res illa de qua faciunt E-
 leemosynam sit ipsis cum marito
 communis: nec futurum est vt
 propterea maritus incidat in ino-
 piam, vel si Eleemosyna sit modi-
 ca. Filii cum non habent bona castren-
 sia, vel in bello acquisita, aut ma-
 nent in studiorû vniuersitatibus,
 cum iter faciunt, aut habent ali-
 quod officium publicum, vt Ad-
 uocati, aut beneficium Ecclesiasti-
 cû, vel Eleemosynæ sunt tenues.
*Quibus facienda est Eleemosyna
 ex qua re. Cap 31 & 32.*

BOnis, & malis, fidelibus, & infidelibus indigentibus, facienda est Eleemosyna: misericordia namque ex charitate nascitur, quæ nullum excludit. Illis tamen præcipue est eroganda, qui nec laborare, nec aliunde sibi victum quærere possunt. Otio vero torpentibus, & occasionem inde ludendi sumentibus, non est facienda, ut corrigantur, inquit D. Aug. Indigenti in pœnam ex Iudicis sententia, non est præceptum, ut ei subueniatur, quinimo taliter damnatus, potest etiam cibum paratum non sumere, & fame moti: quamuis Caiet. contrarium docuerit, potest tamen quilibet cibos illi suppeditare, modo non sit minister iustitiæ, iis vero qui bello iusto, ad extremam ciborum inopiam redacti sunt, nemini dare cibos licet, secus, si iniustum esset bellum. Eleemosyna faci-

enda est ex propria substantia non ex aliena, nisi esset: extrema necessitas, nec de acquisitis, contra iustitiam, furto, vel usura. De male tamen acquisitis, contra charitatem, vel ex fornicatione, vel adulterio, aut homicidio, potest fieri Eleemosyna.

Quando Eleemosyna sit in precepto. Cap. 33. 34. & 35.

Primo notanda est hæc regula, De necessariis simpliciter ad vitæ propriæ, & familiæ conseruationem, nullus alteri indigenti, etiam in necessitate posito succurrere tenetur, nisi persona indigens sit Reip. per necessaria, & ex ea bonum commune pendeat. *Secunda est, ex necessariis tantum ad decetiam status, tenetur homo necessitate laboranti Eleemosynam erogare, non autem extra necessitatis statum. *Tertia regula, De